De

Claustris Svio-Gothicis,

Disquisitio Historico-Ecclesiastica,
cum Thesibus varii argumenti Theologicis,

cujus Particulam VII

Auctoritate Max. Ven. Theol. Ord. Lundens.

pro Examinibus Sacerd. et Pastor.

P. P.

PETRUS WIESELGREN,

Respondente

E. F. WRANGEL,

Nobili.

In Acad. Carol. Audit. Maj. die XXVIII Novemb. MDCCCXXXII.

Londini Gothorum MDCCCXXXII.
Typis BERLINGIANIS.

Konungens
Högstbetrodde Man,
Öfverste Kammar-Junkaren, Commendeuren,
af Kongl. Maj:ts Wasa-Orden
med Stora Korset,
Riddaren af Svärds-Orden m. m.
Högvälborne Friherre
Herr ***HENNING G. WRANGEL***

och

Högvälborna Fru Grefvinnan
HEDDA WRANGEL,
född LEWENHAUPT.

När Svennen förr till Riddarborgen kom,
Der Konsten thronade i gyllen sal,
Om *forntids* minnen oväld fällde dom
Och *samtids* ära lyddes på det tal.

Väl sägs vår tid se helst sin egen bild
Och vilja bygga *utom* minnets grund,
Fast der *Verdandi* var från *Urda* skilld,
Bröt sig ock *Skulda* snart ur dess förbund.

Det såg Er blick, när mången det ej såg,
Och Minnets eternell njöt lika vård
Som Dagsconvolven, blott ett solsken låg
Af snille öfver begges blomstergård.

En fängslad blomma utur klostergrus
Jag hämtat, hon är blek och hotar dö;
Kanske hon blickar upp uti det ljus,
Som strålar kring Er på — Armidas ö.

Vördnadsfullt,

FR. WRANGEL.

gense Sororum a S. Ingride cœptum & Wadstenense huc retulit, Scanicum addens *Ódvid.* In Scania Messenius nuncupat Dalby. (*"Eschiltunense"* ne fallat; *Eskilsöe* certe respicitur). *Skeningense* apud Prædicatores habes, *Wadstenense* apud Brigittinos. *Óved* erat Præmonstr. *Dalby* retinemus, huic addentes *Draksmark* et *domos Ecclesiasque Canonicorum, Augustini regulam professorum Lundæ.*

Adhuc hic vivit Ordo, exeunte vero Fratre Martino Luthero mirum in modum comminutus. Ille socios habuit 30,000 monachos 2000 claustra habitantes. Sorores tunc complebant 300 domus. Nunc paucissimos in Italia, Hispania, Austria, Gallia & America offendimus. Parisiis a. 1817 recentissima, ut videtur, Sororum domos constituta est. 32 constaret Monialibus, quæ manuum opere se ipsas sustentarent, et 200 pauperes puerascentes informarent. Olaus Petri Augustinos viderat ferentes *"Svartan kiortil och kappa."* (l. c. p. 10.)

45. Dalby.

Claustrum Fratr. in Scania.

Monasteriologi.

Messenius: cl. Dalbygense Augustin. *Rhyz.* "I sednare tider hafva thes (Augustiner) Munkar antingen antagit S. Dominici Orden, eller hafva the förre flytt undan och Domin. kommit i theras ställen." *Daugaard*: "Rhyzelii mening, att klostret var bleven et Dominikaner kloster har neppe någon grund." 1)

Nuper accurete de hoc claustro alii inquisiverunt. Locum talibus servemus claustris, quæ diutius in medio fuerunt relicta. Cfr. *Daugaard* l. c. p. 162, — 63; Försök till en Beskrifning öfver Hellestad pastorat förf. af J. Åkerman Lund 1828, p. 146—163 1). His auctoribus pauca quæ-

---

quibuscumque *impune* scribi possit *sic scribo.* Candelam, sole orto, exstinguo, eique aretinendæ studentem rideo quid? quod impugno. De candelis tamen in ipsa meridiei luce sine mycterismo loqui possum.

1) *Daugaard* novit diplomata varia annorum 1284, 88; 1136; 1343, 1375; 1423; 1473, 1487. 1513, 1520, 1533. *Åkerman* exscripta attulit Scriptorum medii ævi apud Nettelblad (Schwev Bibl. III: p. 185), apud Langebek T. V: Ex regula B. Augustini cum Statutis Ordinis S.

dam adnotata tantum addere liceat. *In Diplomatario Lagerbr.* T. III. a) *Om Dalby Closter*; ubi ipsius manu multa descripta sunt monumenta, ex gr. 1423 *Knuti Dei gratia Prioris Monasterii Dalbyensis, quitatio Thorberno, Benedicti Armigero* data; 1530 *K. Fredrichs förläningsbr. till Anders Bilde på Dalby Closter.* Senatus assensionis litteras a. 1533 datas citat Daugaard; *Copie af det bref som Anders Bilde gifvit presterne* i *Dalby closter* 1539 *Copie af det bref, som Prosten i Dalby fått på tvenne gårdar uti Malmö, bemälte Closter tillhörige* 1530; *Inventarium öfver Dalby klosters egendom* 1530, Ex quo referamus: et stort Monstrantz, It. et lidet, It. en Sölftafla met 13 belede, It. 2 bögher beslagne met sölf och guld oc ligger ädelstene udii, It. 3 bögher beslagne met sölf och förgyllt po bode sider; It et förgyllt spann met 17 stene; It. et förgyllt rögelsekar. It. 2 förgyllte kalke, 2 fforgylte patener. It. en fforgylt kalk oc hvid patenne, It. en gammel fforgyllt kalk uden patene. It. Sölf ample, It. et benskrin beslaget med sölf fforgylt. It. et liidet sort horn beslagit; It. et sölfkors fforgylt. It. et stort beslageth met guld oc sölf ligger fult aff edelstenne. It. et sancte Karine belliide af sölff. It. 2 sölffkarl, af been liggher helligdom udii. It. 1 lidet S. Olufs billede pa 3 lod fforgylt &c. &c. It. conventis inzegele af sölf. &c. &c. &c. — — — — — — — — — — —
Ander Billes fulmakt for Mester Peder til grönby kyrka 1530; *En annan fulmakt eller bref för samme mester Pedher utan årstal. Per Bosons förpliktelse skrift, gifven åt Herr Anders Bilde för dess kallelse till grönby kyrkia* 1530; Incipit: Jek Per Boson Cannik oc Conventsbrodher her uti Dalby giör witterligt m. th. m. o. br. thet erlig velb. mandz och strenge Ridher Her A. B. till Söholm haffver unth oc fforlenth mek meth en aff Closters sogner som liggher tiil Dalby som er gryndby - - - oc (skall jag) predicke thet hellighe Euangelium Gudz ord oc intet andhet. - - -

In *Diplomatario Kil. Stobæi*; *Ex Registro Arch. Reg. De Monasteriis Scanensibus* 1446 Warberg Vigil. Epiph. K. Christophori Begieringsskrift dett Archi-Ep. Tuvo i Lund täcktes ingentage på Kl. i Dalby vägnar det gods, som med orätt var dem frångånget. 1495. Joh. Jepsons Probst i Lund och Dalby Closter föreståndares gifne obligation åt Hans Brostorp sig hafva anammat en guldkalk D. Canuti R. & M.

Augustini in Dania 1275—1357; Etiam ex Hist. Ar. Hvitfeldii T. I. & Chron. Episc. p. 20, 85. Gratissimis hic legenda sunt excerpta e Libro Datico Lundensi & Necrologio Lundensi, quidquid Dalby referat continentia. *Rhyzelius* de presbyteris duobus Dalbyensibus qui an. 1187 concilio nationali aderant, de Priore P. Holgeri 1343, & Priore Johanne Bing 1473 mentionem facit. Omnes de Episcopatu, de sepulchris Regiis cet. narrant.

In *Diplomatario Capituli Lundensis* fol. T. II: n. 361, 380, 396, 400, 401, 404 &c.

In *Diplomatario Langebekiano* an. 1423, 1530 &c.

46. Draksmark.

Claustrum Fratr. in Bahusia.

Monasteriologi.

Suethici conticuerunt omnes. *Daugaard* Norvégica non observabat.

Diplomata

quæ collegere potuimus, primum communicare lubet.

1261—80 Magnus Rex Norvegiæ Haquini Regis filius notum fecit, qualiter Dom. Rex Pater suus karitate divina succensus domum fratrum minorum Barfode Brödre Kirkie dictam e civitate Tönsberg in locum amoenum qui Dragsmarc vocatur transferre curavit & inibi de patrimonio suo Monasterium S. Mariæ secundum b. Augustini Ordinem fundavit, dotavit & ad stipendia fidelium L. Mansis cum omnibus agris, pratis, aquis sylvis & appendiciis suis ditavit; quapropter confimavit, quod bona omnia Monasterio S. Mariæ in Dragsmark per Dominum regem Patrem suum, se & Dominam Matrem Reginam suam collata debent esse quasi antea post translationem Monasterii hujus ab ecclesia fratrum minorum in Tönsberg fuerint, ita quod omnes possessiones & et omnia obtenta & obtinenda quocumque modo de jure huic monasterio obveniunt de donationibus Regum vel principum aliorum vel quorumcumque fidelium aliorum largitionibus quiete & inconcusse sub regia auctoritate permaneant & nullius temeraria invasione sollicitentur. *Dipl. Sv. I:* 882.

1341. I nafne æins Gudes. I Hæilaghræ þrænnengh fadurs ok sonar ok Hæilaghs Anda. Ek Groa þorlæifs dotter Hell bædæ at viti ok likame gerer þæssa skipen. Gudi til hæidærs ok hans signada moder Mariu, æn mer til salo hiallpar, fyrst at ek gefuer Gudi sialfuum sall mina. Æn lekame minum hæfuer ek koset læghstad *at Mariu Kirkiu j drags-mark* gæfuer ek þar fyrir hallfuara merker boll i *bakka* er ligger i lyngs sokn. En mer till Aartida halds gefuer ek xij aura boll iardar. i þæima Jordum mercker boll i *skælællfua rudi* ok hallfua merker boll i fyrsoghdum bakka med

þæsso skilorde, at Herre Abote ok broedre j draghsmark skulu halda Aartid mina æfuenlegha med sunghnum salatidum ok salamösso a huærn Aartida dagh minn. Þermed skulu þæir sæda X fatæka mæn ok lata brenna tuav körter ifuir, græft mina. Þau et stande mörk hvert medan aartidin ok salamössor seghiaz. Skulu þæir ok seghia lata æina salamösso a huærn dagh i þæim vij nattom sæm Aartid min hefuer veret. vill ek ok at fyrnæmft xij auraboll falle apter undir mina ærfingia, ef Aartidin ok all annat þæt sæm ek hefuer skipat i þæsso minu testamenta brefue værder æi haldet. Ok til sannynda. Sættu Sira æircker Öystæinss. ok *Halluarder biornsson* Korsbroeder i Oslo siin insighli med minu insighli fyrir þætta bref, er næruerende varo þa er ek gerda þæssa skipan a Thisdaghen neste öypter barnabe Apostoli. Anno Dn. MCCC quadragesimo primo. *Suhm XIII*: 788. Cfr. p. 46.

1347. In Nomine Domini Amen. Nos *Magnus* Dei gracia Rex & *Blancha* ejusdem gracia Regina Sueciæ Norvegiæ & Scaniæ - - - legamus ad Draxmark decem marchas argenti. - - - Dat. Ludhosiæ An. Dni MCCCXL septimo D:nca ante b. Margar. Virg. & Mart. *Suhm XIII*: p. 811. *Nya Handl. rör. Sk. Hist. II B.* 49.

In Commen. de Coenobiis Norv. S. R. D. IV: p. 418: "XIII Dresmer, diocesis Asloensis Coenobium." In not. Dragsmark. Situm in præfectura Bahusensi, quæ olim ad Norvegiam, hodie ad Sveciam pertinet, & quidem in territorio Lanæ. Locus beatæ Mariæ sacer fuit, cujus hodie rudera visuntur. Ex Hakonar Saga discimus, R. Haquinum Grandævum fundasse Tunsbergi Ecclesiam Fratrum Nudipedum, quam postea ad Dragsmarken transtulit, ibique ædem b. Mariæ dicatam lapideam exstrui fecit, an. 1370. Haquinus R. Norv. in Draxmark præsens fuisse legitur. Quod fuerit Ordinis Præmonstratensis statuit adnotator ex superstite adhuc Guillermi Præmonstratensis Abbatis Diplomate, quo Abbati in Beckeskow mandat, ut Ecclesias Norvegiæ de Tonsberg & de Dragsmark earumque Abbates & Conventus visitet.

Inter diplomata heic referri potest *Axel Thordsson och Skön Valborg, Folkvisa*, vide P. Syv. IV: n. 23, *Grimm.* p. 357, *Nyerup* och *Rahbek* III: p. 257, *Geyer* och *Afz.* I: n. 25. Draksmark enim sine dubio Claustrum erat, de quo:

184. "I spännen grå gångar för Karmen röd
"Till *Klostret* vill jag 1) mig gifva,
"Jag glömmer aldrig Herr Axels död
"Så länge jag här månde blifva.

185. Utan för Mariæ Kyrkogård
Der träde hon från sin Karm,
Så sorglig hon i Kyrkan går,
Hon qvaldes med ångest och harm.

1) *Walborg* post mortem & Regis Haquini & Amatoris Axelii.

186. Gullkronan tog hon med sin hand,
Hon satte den på de stenar.
"Nu vill jag aldrig hafva man,
"Men lefva en jungfru allena.
187. "Två gånger var jag Fästemö
"Men aldrig brud kunde blifva
Nu vill jag uti *Klostret* dö
Från verldeu mig aldeles gifva.
188. De buro fram det förgylda skrin
Deruti var guldet mesta,
Det skiftade hon bland fränder sin,
De yppersta och de bästa.

— — — —

192. Hon gaf till Kyrkor och Skolor väl
Och till dem som skulle läsa
För sin och sin kära Väns själ
Hon stiftade dagelig mässa.
193. Hon gaf till enkor och faderlös barn
Och dem som vandra om föda
Till Sanct Annas beläte skön
Gaf hon guldkronan den röda.
194. I träden fram biskop, ärvördig man,
I vigen mig in med mull,
Den Kloster ordning jag svär för sann
Jag hoppas i varden mig hull!

195. Herr Åke ärkebiskop kär,
I vigen mig in för Gud,
Jag kommer aldrig af Klostret här
Förän jag bärs död härut.
196. Det voro så många grefvar båld,
Som hade deraf stor harm,
Der de nu kastad' den svarta mull
Allt öfver skön Walborgs arm.
197. Nu går skön Walborg i Klostret der,
Hon lider så mycket tvång,
Mässan hon aldrig försummar der
Ej heller ottesång.
198. I Klostret mången gifven är
Både jungfrur och dygdiga qvinnor,
Dock ingen så skön som Walborg kär,
Hvars like man näpplig' finner.
199. Bättre är att ej vara född
Än städse i sorgen lefva,
Med ängslan dagelig äta sitt bröd,
Och aldrig rolighet pröfva.
200. Gud den förlåte som orsak är,
Att de ej samman må vara
Som hafva hvarannan af hjertat kär
Och älska med tukt och med ära!
Men lyckan vänder sig ofta om.

Editores *Geyer* & *Afz.* p. 143 "af pergamentsbref och Handlingar, som 1807 ännu visades dels hos privata, dels i Capellet i den vackra Dragsmarks dal i Bohuslän, synes troligt att de ruiner, som der finnas tillhört den Mariæ Kyrka, som K. Hakon Hakonsson med sin tids hela prakt skall hafva byggt till skön Walborgs ära. Allmogen känner der ganska väl skön Walborgs händelser, visar hennes graf och sjunger hennes visa." 1)

In *J. Oedmanni Chronographia Bahusensi* p. 210 seqv. 259—266, multa adnotanda invenies. *Templum S. Mariæ.* Rex Haqvinus circa an. 1234, Equitum more ut placeret Virgini, in Håltås 2) habitanti, Ecclesiam Draksmark, cui amata adscripta erat, caput Bahusensium enuntiat aliis septem nunc Uddevallensibus dominaturum. Templum S. Mariæ dicatum columnis marmoreis affabre formatis, opere frondeo, imaginibus cet. Nidrosia advectis omni modo ornavit.

Claustrum Augustinum s. Gymnasium.

Sinus maris hic inter rupes altas init, quem tempestates alti maris vix turbare valent. Silvæ rupes coronant. Ibi gratus ut Virgini, quam amaret, tandem foret, idem Rex Gymnasium Monasticum s. Claustrum Augustinum, sine dubio ad imaginem Claustri S. Laurentii Lundensis ejusdem Ordinis fundavit. Eidem S. Mariæ inscriptum. Lectores & Theolo-

---

1) Vide *Sv. Folkv II.* p. 14. De claustro *Monialium* cogitans videat hujus diss. p. 15.
2) Jam sedes designatoris chiliadis (Regements-Qvartermästare).

giæ & Philosophiæ tanti doctrinæ nominis constituit, ut juvenes Nobiles Dani juxta Norvegos hic literis studerent. Salariis sufficientibus eos remuneravit, mercedi XXX matebolesgiärder addens canonicis jus patronatus apostolicæ sedis gratia s. Privilegium Consistoriale in Ecclesias vicinas præter proprias, quibus remunerati erant, præbendas. Canonici Templum Bogenäs exstruendum curarunt, 2 altaribus instructum, cujus pastorem fiscus Claustri sustentabat. Præter templum Claustri rusticis templum in Oxeviken ædificarunt. Testamentis "Nobilium privatorumque" opes augebantur. Adhuc sub Gustavo I. Bahusiæ imperanti prædia in Dalsland Claustro adsignabantur. R. Christianus III Monachis post reformationis initium remansionem concedit, si ipsi sacerdotem Lutheranum sustinere vellent: cui lubenter assensi sunt gratiæ. Confessorem Augustin. sacerd. Nicolaum Petri elexerunt et, ut in Rationibus Claustri, quas Oedmannus manibus trivit, relatum fuit, illi darentur 1 tonna Råg. 183, T. Malt, 22 T. biug, 57½ T. Mjöl, 95½ Lisp. Smör, 1 T. hafre, 48 R:dr p:gr. præter mercedem piscariam. Nicolao successit Petrus Andreæ an. 1562, quum omnino expellerentur Monachi prædiaque Claustri Regi adjudicarentur. Cum postremo Suecica ditio fieret, Ecclesia Bogenäs nuncupari coepit.

Rudera.

Ecclesiæ priscæ varias reliquias circa a. 1746 observarat Chorographus. Calix aderat cujus in patina brachium se extendebat solem lunamque capessiturum. Operis frondei particulæ superant. Juxta Episcopum Martinum jam Martinus Luther erectus conspicitur. Claustri rudera pictorem ipso intuitu creare oportet. Situ nihil amoenius. Murus 30 uln. altit., 20 uln. latit; fenestræ tres ex steatite ollari (telgsten) 23 uln. altit. 1¼ uln. latit. opere floreo capitibusque Seraphicis exornatæ. Janua e sex fabricata steatitibus in medio 14 uln. altit. Tota claustri longitudo 40 uln. Templum 20 pass. a ruderibus distat.

Tandem observetur in Templo Walla Bahusensi epitaphium legisse Oedmannum: (p. 210). *Her under ligger begraven Erlig oc Velb. Mand Thomas Dyre till Sundzby, K. M. Befallningsmand öfver Drackzmarkz Closters Lehn i Norrige, som hedensof udi Herren d.* 13 *Sept.* 1651."

47. Lund.

Canonici S. Augustini Ord.

Monasteriologi.

Messenius in una classe enumerans claustra in Dania Bened. & Cisterc.,

Lundense exponit. Quo fefellit *Rhyz.* qui cum S. *Laur. Bened.* evanesceret *S. Laur. Cisterc.* surrexisse docet. *Daugaard* hoc Augustinis vindicavit.

Qui cum hoc de Canonicatu locupletissimus sit (p. 127—138), pagellas meas aliis locis reservaturus paucis eundem attingam.

Hic non Claustrum cum Monachis in cellis obscuris latentibus occurrit. *Romam Scandinavicam* vides. Non adest metropolis *orbis*, sed *Daniæ* 1), non *Papa* sed *Papæ legatus, Sveciæque Primas* (Furste), non thronus, quem iste anathemate quatit, quem ense fulcit, *Imperatoris* sed *Regis* millenarius Odiniadis, non *Cardinales* in Conclavi, Regnorum Europæorum Episcopi, sed Archi-Episcopum cingunt "Canonici Episcopi, qui per diversas ecclesias officium Pontificatus administraverunt Hubaldus Pheonensis Episcopus, Sveno Wibergensis Ep., Petrus Roscheldensis Ep. canonicus noster, Petrus Arusiensis Ep. Herrimannus Slesvicensis Ep. Ricolphus Otheniensis Ep." &c. &c. &c. 2).

Præterea Canonicos Lundenses offendis

a) *in domo b. Mariæ et b. Laurentii S. in Monasterio S. Laurentii tam novo quam veteri inde a tempore s. Kanuti Regis, qui primus fundavit Eccl. S. Laur.* 2).

Hoc *Monasterium*, teste R. Canuto VI an. 1186, instituit S. Canutus 1085. *In Necrol.* Ob de *Claustro* b. Laurentii Johannes Presbiter, Ob. Walterus Sacerdos de *domo* B. Laurentii, Ob. Saxo subdiaconus hujus loci Canonicus. Ob. Ascerus Diaconus & præpositus de domo b. Mariæ & S. Laur. Mart. In *Appendice*: Nomina (post n. canonicorum nostror. s. *Episcoporum*) Canonicorum nostror. — 2 presbyterorum, — 3 Diaconorum — 4 Subdiaconorum, qui obierunt in Christo de Monasterio B. Laur. tam novo quam veteri a tempore S. Kanuti . . .

b) *in Ecclesia b. Mariæ et b. Laurentii.*

"Klostrets kirke var Lunde Domkirke." Daug. In *Libr. Dat.* Ob. Andreas dictus Magister canonicus Ecclesiæ S. Laur. Lundis. &c.

c) *in Scolis b. Laurentii.*

In *Necrol.* Ob. Trudo Scolaris de scolis b. Laurentii. Ob. Johannes Erl. Canonicus & Scolasticus Lundensis. *Nomina Canonicorum:* - - Hugo Magi-

---

1) "Ego Canutus (VI) . . per Dei gratiam & *dispositionem regni Daniæ* monarchiam tenens, cum sederem in solio in Civitate Lundensium, quæ est *metropolis Daniæ*. . . . Dipl. 1186.

2) In Libri Necrol. fine ubi Nomina Canonicorum &c. referuntur.

ster Scolarum Diaconus. Andreas Magister Scolarum Diac. Regnaldus Magister Scolarum Diaconus. (hinc Baccalaurei Lundenses exierunt; hic Lectores studii principalis Lundis eminuerunt. Vide *Sk. Cler. hist.* III. p. 16).

d) in Ecclesiis S. Salvatoris, S. Trinitatis, S. Crucis, & S. Michaelis Lundens.

De Eccl. S. Salvatoris & S. Trin. Vide supra. — Ob. Jacobus Canonicus S. Crucis, Ob. Benedictus subdiac, & canon. S. Crucis Ecclesiæ 1). Testamentavit Sveno Saxtorp *Canon.* Ecclesiæ *suæ*, videl. b. Michaelis mrch. argenti. *Dipl. Capit. T.* II. n. 402.

Observetur Claustrorum August. & Præmonstr. Scan. Canonicos frequenter in litteris et libris Canonicatus Lundensis offendi.

Notionibus de Bibliothecæ Capituli Lundensis Daugaardii p. 136, addere voluissemus Catalogum elaboratum, quippe omnes *ejusdem librarii* reliquiæ nostra sub cura fuerunt. Cum vero justo factus sit longior, is quoque differendus est. Notum tantum faciam, quod adhuc investigari possunt Capituli libri a. 1430—1520 impressi Theol. in fol. Voll. 26; in 4:o 1, in 8:o 1. Jurid. in fol. 29, in 4:o 12. Philos. & Hist. in fol. 7, in 4:o 1, in 8:o 2, ex quibus nonnulli Panzero fuerunt ignoti. *Manuscriptorum* magnus fuerit numerus, licet incuria Consistoriali, quæ librarium Capituli, Academiæ jam donatum, per decennia in aperto fenestrisque orbato loco reliquit, maxima pars perierit. De hac re alio igitur loco.

IV. S. Benedicti Ordinis.

A. *S. Benedicto*, a. 544 denato, hunc Ordinem, quæ primus ut in historia sic in Svecia habetur, regulas & nomen accepisse notissimum est. Benedictinismum in Svecia indolem papisticam vix servare posse etiam a

1) *Scr. R. Dan. III: p.* 435 Editt. observationem addunt: "quoties occurrit S. Crucis Canonicus, significatur Monasterii S. Crucis in Dalby Scaniæ." Bene! Sed curni tum etiam: *quoties occurrit S. Trinitatis Canonicus, significatur Monasterii S. Trinitatis in Öwed Scaniæ?* Promiscue enim ambo Canonicatus eodem modo cum adjectione & sine eadem occurrunt. Inter Ecclesias Lundenses enumeratur *S. Crucis*, quare etiam fieri potest, ut, ubi loca ruralia non indicentur, Lundensia intelligenda sint. "Parochia S. Crucis. N. N. Borgares i Lund med Kyrkowärdarne' hållne hyrecontract på en Dom-Kyrkans gård liggandes i Lund i Heligkors sokn 1555 "exscriptum offendis apud Lagerbr. de templis Lundens. In *Lunds Kyrkas Jordebok* 1648 vicina vides *S. Drottens Kirckegaard, Hellig Kors Kirckegard.* Antiquitus adfuerat. In *Dipl. Capit. Lund. T. II: n.* 400. An. 1350 Thorkilius Biernsson Canon. Ecclesiis S. Michaelis, Criptæ, S. Pauli, b. Joh. bapt. S. Andreæ, S. Thomæ, S. Martini, S. Botulphi, S. Olavi & *S. Crucis* dona legat.